que ceteris q; cõtrariis quibuſcũq; nõ obſtã tibus &c. Hoc Breue originale habetur in Archiuo ſancti Franciſci de Mexico. Et illius vſus permiſſus à Senatu Regio Indiarum, vt teſtatur Ioannes de Ledeſma. ¶ Circa hoc Breue animaduertendum eſt, ꝙ per illud ſublata eſt prorſus antiqua Ordinis conſuetudo, ſecundum quam in Vigilia Pentecoſtes eo tempore quo Miniſtri Generalis officium ceſſabat, expirabant etiam omnes illius Commiſſarii, modo autem illorum perdurat officium vſq; ad aduentum noui Commiſſarii. Vide Fratrem Emanuelem, 1. p. Sum. ca. 74. num. 4. Conc. 4. vbi ſatis expreſſè hanc defendit Prouinciam, & eam excuſat.

COMMVNICATIO CVM IN *fidelibus. &c.*

1 ¶ Poſſunt noſtri in terris Infidelium, Hęreticorum, & Schiſmaticorum, vel vbi magnus eſt talium numerus, quando neceſſitas vrgeret, & periculum eſſet maioris ſcandali, conuerſari cum huiuſmodi hominibus, & Miſsas celebrare, etiam ſi illi pręſentes adſint in Eccleſia, dummodo prohiberi neque

 ant